



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Consilia || Salomonis, || Sive || Collecta Salomonis || Axiomata**

Maxime Necessaria Homini, ut se ipsum sapienter dirigat ; E Gallico In  
Latinum versa, revisa & amplicata per Auctorem, cum Indicibus  
necessariis

**Cureau De Lachambre, Pierre**

**Coloniæ Agrippinæ, 1694**

14. Qui denudat arcana Amici, fidem perdit, & non inveniet Amicum ad  
animam suam. Eccl. 27.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37935**

230 *Confilia Sapientiae*,  
non habe displicantiam , quām quā  
illos non præveneris , & quod non tu  
ris tam felix, ut potueris divinare, quā  
tui indigeant.

Habe in his regulam illius antī  
herois , qui dum à suo thesaurio  
gueretur, quod nihil amplius habet,  
quod suæ liberalitatis ipsum enervar  
int, hoc heroicū illi dederit responsū.  
Erras remanet mihi omne id quod de  
navi: ad me spectat nunc amplius quā  
unquam , cūm sit in manibus meon  
amicorum. *Hoc habeo quodcunque de  
navi.*

#### REGULA DECIMA. QUARTA

*Qui denudat arcana amici , fidem  
perdit , & non inveniet amicum  
ad animam suam. Eccl. 27.*

#### PARAPHRASIS.

*Aperire secretum amici , est perderen  
tos amicos. Homo infidelis a nullū am  
plius amabitur ; Et illi qui capi  
dederunt ejus loquela , primi erū  
qui ipsū timebunt & odio habent.*

REFLE

REFLEXIO.

IN negotio amicitiae tam benè quam  
in negotio statūs minimæ indiscretio-  
nes & levitates linguae sunt irremissibi-  
lia crimina. Horum secretum est sicut  
nostra religio, ubi nulla est remissio er-  
rorum, vel commiseratio pœnitentium.  
Puniuntur hi errores modo terribili &  
timendo homini animum habenti, cum  
ipso non amplius detur occasio in illa re-  
labendi.

REGULA DECIMA-QVINTA.

Ad amicum si aperueris os triste, ne  
timeas : Est enim concordatio.

Eccl. 22.

PARAPHRASIS.

Sitibi accidit, dum es melancholici hu-  
moris, dicere tuo amico verba dispi-  
centia, aut inconsideratae injuriosa,  
que tamen nihil significant, non ti-  
meas: reconciliatio non erit difficilis.  
Similiter si durante cholera extrahas  
gladium contra illum, non desperes,  
te non posse redire ad pristinam ami-  
citiam.

Homo.